



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 63. Acta iudicii in Cranmerum lati continuata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. LXIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1556.*Acta judicii in Cranmerum lati  
continuata.*

Cum interea hæresis in Galliis latius sese diffunderet, nil intentatum relinquebat Angliæ Regina, ut ejusmodi errores e Regno suo eliminaret, atque inter ceteros zeli sui victima celebris Thomas Cranmerus Cantuariensis Archiepiscopus cadebat. Hic quidem jam Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto hæresi infectus, atque anathemati obnoxius declarabatur, ejus tamen Judices ad ferendam sententiam procedere præpediebantur, tandem vero rursus die duodecima

*Burnet. hist.  
de la Ref. t. 2.  
l. 2. p. 494.  
Sander. de  
schism. Angl.  
l. 2.*

vel Religiosi ad id deputati in hæreticos inquirent, reosque condemnent? Aut forte id tantum laudabile est in Galliis, non item in Hispania, Italia, & alibi? Attamen Continuator, dum contra Inquisitionem debacchatur, duntaxat sese ævi sui genio accommodasse videtur, nostra enim ætate non pauci ea, quæ ignorant, blasphemant, unice ideo, quia ab aliis talia jactabunde veluti emunctioris crisis oracula non sine quorumdam applausu effutiri audierunt: crocitate corvo uno crocitat & alter.

*Hist. Eccles. Tom. XLII.*

G g



Sæcul. XVI. A.C. 1556. circa Septembris Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto jubebatur comparere coram aliis Judicibus, qui erant præter Broksium Glocestriensem Episcopum a Papa delegatum adhuc alii duo Martinus, & Storyus, qui a Philippo, & Maria nominabantur. Itaque Cranmerus in Oxoniensi Ecclesia auditus, cum ad tribunal accederet, perdemisse Regios Judices salutabat, quin tamen eundem honorem Broksio deferret, hæc effutiens verba: nullam venerationem Romano Episcopo me debere existimo, eoquod illius potestatem non admittam.

## §. LXIV.

*De exauditorando Cranmero adum.**Burnet.**p. 477.**Thuan. Hist. lib. 17. p. 511.*

**D**ie decima quarta Februarii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto Bonnerus, & Thirlebius Oxonium perveniunt, ut Cranmerum e sacro gradu dejicerent. Is itaque coram Judicibus sessistere jussus Pontificali habitu non nisi ex rudiori tela confecto induitur, atque ab ejus corpore singula insignia suo ordine abstrahuntur, denique capiti ejus mitra, ejus vero manui crux traditur; cum vero crimen suum confessus Romam intra octoginta dies venire jussus esset, hoc mandatum transgressus accusaba-